



 EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VII-
SIGNAT. 1819CCXIII

Obitum

Matronae Nobilissimae
Omni Virtutum genere Ornatisimae

CLEOPHES SALOMES SITTIGIAE

VIRI

Magnifici, Summe Reverendi, atque
Excellentissimi

CASPARIS LOESCHERI

SS. Theol. Doct. & Prof. Prim. Consist. Eccles.
Assess. Past. & Superintendentis Generalis

Facult. h. t. Decani

Coniugis Dilectissimae

Iuget

Inclytæ Loelcherianæ Familiae

cultor Indefessus

M. Joh. Andreas Cleftelius

Tangraemunda-Paleo-Marchicus

VITTEBERGAE

EX OFFICINA CHRISTIANI SCHROEDERI ACAD. TYP.

F. G. Gelei. Buntse Curtis. Cöllnpec. cur.



Langite Pierides Musae, dum Leuco-
ris alma
LOESCHERI plangit tristia fata
Senis.

Plangite, funerea caput obvelate cupressu,
Fundite & ex imo pectore triste melos.

Heu cecidit fatis, & acerba morte recessit

E vita, vestri magna Patrona chori.

LOESCHERO Summo vinclo quae juncta
jugali

Morti succumbit, poscit & has lachrymas.

Poscit eas virtus, qua polluit illa Beata,

Mentis simplicitas, & pietatis amor.

Illi semper erant solum coelestia cordi

Et fidei purae cura tenebat eam.

Coelestem duxit mortali in corpore vitam,
In casto Christum pectore sancta ferens.
Huic innixa fide nunquam commota , sed o-
mnes
Humanos casus fortiter illa tulit.
Saevi ceu pelagi rupes immota resistit
Fluctibus immensis, quos agit unda minax.
Denique cum morbo corpus languesceret acri,
Extremum & vitae tempus adeslet ei,
Clarius en! fidei firmae lux pura nitebat ;
Punicci ut radii sole cadente solent.
Nunc abiit, terras linquens , & ad aethera scan-
dens
Laeta choro aeternum iungitur angelico ;
Dum sedet in luctu magnoque dolore Maritus,
Et viduus lacrymis ora genasque rigat.
Exspiravit enim, quae nunc aetate senectae
Viribus infirmae grande fuit columen ;
Quae quoties illum tangebunt impia fata
Tristibus in curis dulce levamen erat;
Quaeque fuit quondam mater dulcissima natis
Nunc iacet exanimis, conditur & tumulo.
Hanc sortem lugete,in fletum erumpite Musae,
Namque hoc funesto tempore flere licet.

At, quo me nimius fert luctus ? nonne Beata
In patria vera vivit in axe Poli ?
Vivit, & aeternum Christi recreatur in ulnis,
Cuius & in gremio gaudia mille capit.
Vivit, & in coelis cantat vox laeta Triumphum,
Omnia sunt fauste nunc superata mala.
Vivit & in natis fama super aethera notis.
Ipsius & virtus non moritura viget.
Hinc nimio a planctu sensim desistite Musae.
Effusis lacrymis ponite rite modum.
Fallor ? an ex alto haec demittit verba Beata ?
Et clara fletum voce tenere iubet ?
Idcirco potius monumentum ponite iustum,
Et bene virtutem concelebrate piam :
Virtutis iacet hic verae LOESCHERIA imago,
Heu ! dulcis probitas, & sine labe fides.
Spiritus aethereas colit, unde recesserat, arces,
Iamque odio, caece quicquid amamus, habet.
Osta cubent tumulo secure ; Tuque Beate
Spiritus aeternum perpetuumque VALE !



Bang VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
Funeralia K.-R.]

X285598A

VON
M 18



Obitum

Matronae Nobilissimae
Omni Virtutum genere Ornatisimae

CLEOPHES SALOMES SIT TIGIAE

VIRI

Magnifici, Summe Reverendi, atque
Excellentissimi

CASPARIS LOESCHERI

SS. Theol. Doct. & Prof. Prim. Consist. Eccles.

Acess. Past. & Superintendentis Generalis

Facult. h. t. Decani

Coniugis Dilectissimae

Iuget

Inclytiae Loelcherianae Familiae

cultor indefessus

M. Joh. Andreas Cleffelius

Tangraemunda-Paleo-Marchicus

VITTEBERGAE

CHRISTIANI SCHROEDERI ACAD. TYP.

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32	22.86	25.40	27.94	30.48	33.02	35.56	38.10	40.64	43.18	45.72	48.26	
Farbkarte #13																				
<i>B.I.G.</i>																				
Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White														